Currenda.

Venerabili Clero Dioecesano, Salutem in Domino!

N. 2011. Oppidum Zbaraż, Circuli Tarnopoliensis. die 11. Septembris 1849. igne erupto magnum damnum est passum, etenim 124. domus ruinam sunt expertæ et 300. familiæ ad summam miseriam redactæ. In conformitatem igitur Alti Gubernialis Decreti ddto 20. Octobris 1849. Nro 59162. instituenda veniet per Venerabilem Clerum collecta pro incolis dicti oppidi, quæ ad C. R. Cassas Circulares immediate deportetur.

Składka na zgorzałe miasto Zbaraż.

Premisliæ die 4. Novembris 1849.

N. 2159. Alto Gubernali Decreto ddto 9. Novembris 1849. ad N. 63211. Consistorio significantur sequentia: Der Miniſterrath hat die Verfügung getroffen; daß ein Betrag des 4½% Anlehens zur Betheilung für politiſche Fonde und öffentliche Anſtalten vorbehalten werde. Wovon das Konſiſtorium zu Folge h. Finanz Miniſterialdekretes ddto 31. Oktober d. J. Z. 10820. und mit Beziehung auf das Kreisſchreiben ddto 21ten September d. J. Z. 10820. mit dem Auftrage in die Kenntniß geſezt wird dafür Sorge zu tragen, daß die ſolchen Fonden und Anſtalten, geiſtlichen Orden, Pfründen u. d. g. gehörigen, zur Anlegung geeigneten Gelder, für welche keine andere, eine höhere Verzinſung abwerfende Anlegung gefunden wird, an die Tilgungsfonds-kaſſe eingeſchickt werden, welche angewieſen iſt, für die eingehenden Beträge 4½% Staatsſchuld-Verſchreibungen in ihrem Emißionswerthe an die Fonde und Anſtalten zu übermitteln, zu welchem Behufe die k. k. Kreiskaſſen und das k. k. Kaal Prov. Hauptzahlamt zur Beeinnahmung und Abfuhr derlei Gelder an die Staatsſchulden-Tilgungsfonds-Hauptkaſſe angewieſen werden.

Quæ Venerabili Clero Diœcesano hisce pro notitia et directione communicantur.

Wezwanie do złożenia kwot pieniężnych, duchownym korporacyom lub zakładomn właściwych, niosących niższe od 4½ odsetki do kass rządowych na pożyczkę o 4½ procentach.

11.550

Premisliæ die 22. Novembris 1849.

N. 2290. Considerantes a recta accurataque librorum bannalium confectione, pendere haud raro nonnullorum matrimoniorum in foro judiciali validitatis agnitionem, cupientesque insuper, ut quoad confectionem horum librorum in omnibus Ecclesiis parochialibus servetur plena uniformitas, mandavimus Cancellariæ Nostræ, ut juxta Formulare a Nobis probatum, et hic ./. a latere appositum, typis imprimi curet chartas, rubricis necessariis provisas, pro iisdem libris bannorum conficiendis. Ordinamus proin ut omnes Curatores Ecclesiarum hasce typo pressas chartas juxta numerum, amplitudini Parochiæ suæ convenientem, librum compingant, atque in eundem omnes, inchoando a 1. Januarii 1850. factas in Parochia sua matrimoniorum denuntiationes accurate inscribant. Decanis foraneis singulariter commendamus, ut circa visitationem annualem Ecclesiarum Decanatus sui, libros hos bannales inspiciant, illosque sicut et reliquos libros matriculares sua subscriptione muniant.

Præterea mandamus, ut singuli Curatores Ecclesiarum annuales Extractus ex libris bannorum conficiant eosque abhinc sub finem anni cujusvis, incipiendo pro anno 1849. una cum reliquis Extractibus Metricalibus tempore statuto Officio Nostro immitant.

Instrukcya co do wpisywania dokładnego w księgi zapowiedzi, oraz nakaz do robienia rocznych wyciągów z ksiąg zapowiedzi.

Formularz wpisywania zapowiedzi na drugiej stronie.

Premisliæ die 29. Novembris 1849.

N. 2291. Ut Schematismus Diœcesani Cleri et status Parochiarum cum possibili exactitudine confici possit: provocamus hisce Venerabilem Clerum relate ad Ordinationem hujatem ddto 20. Julii 1840. N. 1279. ut tempore destinato i. e. cum fine mensis Septembris cujusvis anni juxta formulare a latere ./. appositum notitias omnes necessarias ad respectiva Officia Decanalia suppeditet, quæ summaricum numerum animarum in Decanatu reperibilium apponendo, vel omnes singulas relationes alphabetico ordine allegatas vel conspectum generalem alphabetico ordine quoque confectum Nobis substernere non gravabuntur. Hocce ipso tempore consignatio pædagogorum et scholarum nationalium pro conficiendo scholastico Schematismo per AA. RR. Inspectores Scholarum Nationalium ad mentem Ordinationis ddto 25. Octobris 1847. Nro 468. schol. exhiberi debebunt.

Rozporządzenie względem podań dokładnych do Szematyzmu służących.

Formularz podań. na trzeciej stronie.

Premisliæ die 30. Novembris 1849.

FORMULARZ.

Numer porządkowy	Narzeczonego: imie, nazwisko, religia, charakter, stan (wolny lub wdowiec) rodzice, wiek,	Miejsce: Urodzenia	Miejsce: Mieszkania	Parafia	Narzeczonej: imie, nazwisko, religia, charakter, stan (panna lub wdowa) rodzice, wiek,	Miejsce: Urodzenia	Miejsce: Mieszkania	Parafia	Ilość i czas ogłoszonych zapowiedzi: Zapowiedź I.	Zapowiedź II.	Zapowiedź III.	Małżeństwo zapowiedziane zawarte zostało lub nie.
					Rok 1850							
1.	W. J. P. Alexander Tyrchalski, właściciel dóbr, wdowiec po ś. p. Annie Małeckiéj syn W. P. Macieja Tyrchalskiego i Elżbiety z Drawińskich małżonków, religii rzymsko kat. lat. 38. mający (lata się nieczytają.)	wieś lub miasto N. N. Obwód N. N.	wieś lub miasto N. N. Owb. N. N.	Parafia N. N. tutejsza	W. I Panna Teressa Oknowska, córka właściciela dóbr Jana Oknowskiego i Angeli z Buczyńskich małżonkow, religii rzymsko kat. lat 19. mająca (lata się nieczytają).	wieś lub miasto N. N. Obw. N. N.	wieś lub miasto N. N. Obw. N. N.	Parafia N. N. tutejsza	Dnia 8go Stycznia 1850. w Niedz. I. po 3 Królach	Dnia 15go Stycznia 1850. w Niedz. II. po 3 Królach.	Dnia 22go Stycznia 1850. w Niedz. III. po 3 Król.	Zawarte dnia 28. Stycznia 1850. zobacz księgę Zaślubionych N. III pag. 17.
2.	Antoni Młynarczyk, właściciel roli, syn Józefa Młynarczyka i Katarzyny Kowalskiej małżonków, młodzian, religii rzymsko kat. lat 19. mający.	dto	dto	dto	Barbara Kamińska, wdowa po ś. p. Kaziemiérzu Kamińskim, córka Jana i Barbary Stawarskich małżonków i właściciel roli, religii rzymsko kat. lat. 20. mająca.	dto	dto	dto	Od I i II. zapowiedzi uwolnieni przez Rząd duchowny dto 14go Styczni. 1850. do L. 231. i przez Rząd cyw. d. 12. Styc. 1850. L. 484.		Dnia 22go Stycznia 1850. w Niedz. III. po 3 Królach.	Zawarte dnia 30. Stycznia 1850. jako księga zaślubionych Nr 1. karta 45.
3.	Michał Szałajko, obywatel miejski z professyi krawiec, syn Jana i Balbiny Szałajków małżonków, młodzian rel. rzymsko kat. lat 23 mający.	dto	dto	dto	Elżbieta Krasnowska, córka Jędrzeja i Salomei Krasnowskich, obywateli miejskich professii garbarskiej małżonków, panna rel rzymsko kat. lat 18 mająca.	dto	dto	dto	Dnia 15 Stycznia 1850. w Niedz. II. po 3 Królach.	II i III. niegłoszono.		rozeszło się
4.	Jan Pawelczak, właściciel roli, syn Marcina i KunegundyPawelczaków, małżonków młodzian, religii rzymsko kat. lat 23. mający.	dto	dto	dto	Petryna Hryciek, córka Fiedora i Makryny Hryciek małżonków, właścieli roli, panna religii grecko kat. lat 19. mająca.	dto	dto	dto	Dnia 15go Stycznia 1850. w Niedz. II. po 3 Krulach.	Dnia 22go Stycznia 1850. w Niedz III. po 3 Królach.	Dnia 29go Stycznia 1850. w Niedz. IV. po 3 Królach.	Swiadectwo zapowiedzi wydane do Parafii N. do której narzeczona obrz. gr kat. należy.

Przy zapowiedziach Akatolików wyznanie Akatolika nieczyta się.

Ad Nrum 2291
1849.

FORMULARE.

Status Parochiarum pro conficiendo Schematismo in annum 1850.

Nomen Parochiæ. Utrum urbs, oppidum vel pagus? utrum Parochia, Capellania localis vel Filia?	Nomen et Cognomen P. T. Patroni.	Nomen et Cognomen Curati loci aliorumque Presbyterorum in ambitu Parochiæ degentium et eorum munia	Annus nativitatis	Annus ordinationis	Pagi ad Parochiam eorum spectantes.	ab Ecclesia distantia	Numerus animarum catholicarum	Numerus Evangelicorum augsburgicæ vel helveticæ confessionis	Numerus Judaeorum	Statio Postæ	Adnotatio
N. Parochia, Oppidum. Ecclesia sub titulo B. M. Virginis vel S. Nicolai, murata vel lignea, extructa A. 1575 consecrata A. 1684. vel benedicta solummodo.	Augustissimus Imperat: P. T. D. N. N. P. T. Successores p. d. N. N.	N. N. Parochus, Distr. Schol Nat. Inspector N. N. Cooperator N. N. Residens absqueofficio	1814	1838	Adamówka Beniowa Ciemierzowice etc etc. alphabetico ordine semper apponantur	1½ ¼ 2⅓ etc	200 475 12 etc 687 numerus summaricus semper exprimatur	. 1 . etc 1 numerus summaricus	2 , . etc 2 numerus summaricus	N.	In pago N. adest Capella sub titulo S. Barbaræ in qua devotio aliquoties celebratur. — In Arce N. vel residentia — in coemeterio publico adest Capella etc. etc. Omnes Ecclesiæ vel Capellæ in ambitu Parochiæ existentes hic adnotentur.

N. 2296.

Uwagi niektóre co do zapisywania dokładnego w księgi metrykalne.

Non obstantibus dispositionibus, ingrossationem functionum sacrarum in libros Metricales, moderantibus, ab Officio hujate iterum iterumque emanatis; defectus quosdam circa objectum quæstionis, in majori parte Extractuum metricalium horsum immissorum deprehendimus. Quum autem libri supralaudati documenta juris publici exhibeant, in talibusque vel minoris momenti vitium, sequellas graves quandoque causet; ideo consultum duximus attentionem Cleri Curati ad sequentia convertere, eorumque strenuam observationem eidem serio injungere:

A.) 1 *In libris Metrices Natorum* simulque Baptisatorum ad nomen et cognomen matris e sacro fonte levatæ prolis, nomina et cognomina utriusque ejusdem parentis semper adponantur e. g. *Mater* Joanna Mader filia Josephi Mader et Antoninæ de patre Martino Chmielewski natæ conjugum.

2.) Quoties patrinorum artis scribendi ignarorum nomina et conditio, aliena manu ingrossantur, præter signum crucis ab ipsis patrinis ponendum eosdem subscribens suum nomen, cognomen et conditionem inferrat, necesse est.

B.) *In libris Copulatorum*:

1.) Omnia documenta ſine valide ineundi matrimonii a sponsis producta, penes quemlibet actum citato dato et numero succincte notentur.

2.) Ubi hæc documenta non exhibebantur, vel si proclamatio bannorum tantum in propria fiebat Ecclesia, semper signetur, tres præscriptas proclamationes diebus his et his matrimonio fuisse præmissas, vel ab una aut duabus sponsos dispensatos fuisse, quo in casu documenta dispensationis juxta data et numeros adnotentur.

3.) Impedimento minorennitatis laborantes sponsi, quorum patres jam non sunt in vivis, omni in casu licentia Instantiæ pupillaris, absque cujus consensu matrimonium initum, invalidum est, indigent. Obtenta autem dicta facultate neque matris neque tutoris consensus, quod hic inde observatur indicandus venit.

C.) *In libris Mortuorum*:

1.) Fueritne defunctus ss. Sacramentis provisus nec ne? et in ultimo casu hujus ratio ingenue significetur.

2.) Item si mortuus fuerit uxoratus, adnotetur, cujus fuerit maritus; si mortua maritum habuerit, adjiciatur, cujus fuerit conjux. Semper quoque penes juvenes apponatur, cujus fuerint filii vel filiæ E. g. Michaël Grzybowski maritus Joannæ Przygocka, sutor — aut: Emilia Bielińska Josephi Bieliński oppidani uxor aut: Josephus Dzielski cœlebs juvenis filius Andreæ Dzielski et Catharinæ de patre Casimiro Zaremba natæ — pariter quoque cum juvene puella procedatur. *Nota.* Post quemlibet actum s. Sacerdos functiones peragens subscribat, non vero sicut proinde observatur ad finem demum paginæ.

Premisliæ die 27. Novembris 1849.

N. 2355.

Wezwanie, aby kler parafialny na Nabożeństwach w dnie niedzielne, świąteczne i inne przepisane, lubo by kto inny celebrował, osobiście był przytomny.

Pervenimus in notitiam, Cooperatores plures circa Parochias imo et ipsos Parochos Solemnibus Sacris, quae ipsi non celebrant, diebus Dominicis festisque ecclesiasticis aliisque publicis devotionibus interesse non solere vel domi commorando, vel aliorsum absque gravi necessitate et cum scandalo parochianorum discedendo. Convicti, non solum doctrina sed et exemplo bono Clerum fidelibus prælucere debere: provocamus hisce omnes animarum Curatores, ut sacram devotionem inter, sive in Missa matutina et solemni, sive in Missis votivis ex ansa qualiscumque publicæ festivitatis e. g. in die natali aut onomastico Suæ Augustissimæ Majestatis, sive in Vesperis a meridie, etsi ab aliis celebrentur, personaliter in stallo vel confessionali omnibus diebus suprafatis semper intersint aut orationes pias Deo offerendo aut confessiones sacras a fidelibus excipiendo, aut alias functiones sacras, si contigerit, peragendo. Mandamus quoque, ut Clerus junior, si in numero sufficienti adfuerit, a Præpositis suis provocatus, in Dalmaticis Celebranti lubens assistat. Hæc etiam in Parochiis illis, ubi major est Cleri numerus, ab omnibus in cura animarum applicatis stricte observanda esse volumus, quosuper D. D. Decani in annua visitatione convictionem sibi parare et Nobis referre non gravabuntur.

Premisliae die 4. Decembris 1849

N. 2417.

Wezwanie do modłów za duszę s. p. księdza Wojciecha Brygilewicza, Scholastyka Kapituły Przemyskiej zmarłego dnia 15 Grudnia 1849.

Placuit Domino novum cordi Nostro infligere vulnus et Capitulum hujas iterum uno orbare membro. Reverendissimus D. Adalbertus Brygilewicz, Scholasticus Capituli, Assessor Consistorii, Decanus Cleri intra Urbem, Parochus Ecclesiæ Cathedralis, Assessor Instituti pauperum, die 15. Decembris a. c. hora 5. matutina S. Sacramentis provisus, post diuturnum gravem morbum pie in Domino obdormivit. Dolorem Nostrum acerbum cum Venerabili Clero tam sæculari quam regulari communicantes utrumque obligamus, ut piis suffragiis pro anima pie defuncti nunquam non desit, imo his receptis post Octavam Epiphaniæ devotionem funebralem solemniter pro salute Presbyteri Adalberti peragat, quo die Cooperatores et Regulares pro juvamine animæ dicti Praelati missam lectam absolvent.

FRANCISCUS XAVERIUS,

Episcopus

Ex Consistorio Eppali r. l.

Premisliæ die 16. Decembris 1849.

Adalbertus Dziama,

Cancellarius.